

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epigrammata Philippi Melanthonis selectiora

Melanchthon, Philipp

Francoforti ad Moenum, 1583

VD16 M 3181

De Astris

[urn:nbn:de:bsz:31-288126](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-288126)

Pinguis ut aëry, de vertice lapsa Sionis,
 Irrigat humentes copiaroris, agros:
 Altus ut egrediens stagnantia littora, Nilus
 Fætificat largo rura propinqua sinu:
 Sic hoc sparsa libro, vera doctrina salutis,
 AEternis implet pectora sancta, bonis.
 Explicet inuicti quod sic oracula Christi,
 Nullum hoc in terris sanctius extat, opus.

“

“

IN CONFESSIONEM FIDEI CHRISTIA-
 næ, exhibitam Carolo V. Augusto, Anno 1530.

Concurrant inimici omnes licet undiq, hic unus
 Confutare potest improba dicta, liber.

“

“

IOACH. CAMER.

DE ASTRIS.

Astra testantur Deum esse.



S

Sidera

Sidera dum spectas claro labentia cælo,
 Et signas oculis lumina nota tuis.
 Verè aliquam mentem rebus quæ cuncta gubernat,
 Et quæ nostra vidit facta præsse scias.

EOB. AD SCHONERVUM.

- » Esse Deum quicumq; negat, mox sidera spectet :
 » Sidera qui spectat, iuret is esse Deum.

PHIL. MEL.

ἄστρο μὲν αὐτὰ πᾶσι θεῶς σμικρὰ πρὸς νόστον,
 μᾶλλον δ' ἢ ἄστρον διὰ πᾶσιν διδάσκει.

Astra quidem sunt ipsa Dei certissima signa,
 At doctrina Deum certius esse docet.

IN HYPOTHESES ASTRO-
 NOMICAS.

Non ferri casu pulcerrima corpora mundi,
 Verum mente regi consilioq; Dei:
 Testatur Phæbus, qui certis legibus annum
 Conficit, & notis itq; reditq; vijs.
 Et gratis vicibus lucem noctemq; reducit,
 Et tempestiuè nata calore fouet.
 Temperat & radios, quos excipit humida Luna
 Distinguens annum mensibus ipsa suis.
 Deniq; cuncta suis labuntur sidera metis,
 Naturam proprijs officijsq; iuuant.
 Hæc cum suspiciens oculis ac mente notabis,
 Autorem agnoscas & venerere Deum.
 Hic nobis haustum proprio de pectore mentem
 Inseruit, iusti noticiamq; dedit.

Ergo

*Ergo etiam scelerum penas hic exigit ultor,
Virtutumq; dabit premia grata pijs.*

IOH. STIG.

*Ipse regit motus quos conditor addidit astris,
Nec casu aetherios sic finit ire choros.*

*Nec vires adimit, quoties errantia caelo
Astra quasi in synodum iuncta coire sinit.*

*Sed precibus motus armatos temperat ignes,
Iratiprecibus frangitur ira Dei.*

*Ergo haec signa decet reuereri ut signa futuri,
Adducunt tacite quod simul ipsa mali.*

*Sed sapere hic nimium, supraq; ostensa vagari
Indicia, hoc vitij est non rationis opus.*

*Vana superfluo mores corrumpit & artes,
Hanc cauens cura qui cupis esse Deo.*

*Qui regit, ipse potest mutare & vertere fatum,
Tu modo qui metuis tristia, funde preces.*

*Astra inclinant, non necessitatem
inducunt.*

*Quamlibet astra regunt homines: regit attamen astra
Noster, qui non vult Stoicus esse, Deus.*

ITEM.

Astra regunt homines, sed Deus astra regit.

C. CRVCIGER.

Fata mouere Deus, tollere fata potest.

Item:

Non plus fata tamen, quam pia vota valent.

EPIGRAMMATA
DE COMETIS.

EX GRAECO.



» ὁ δὲ ἰς κομήτης ὅστις ἐκάνδον φέρει.

» *Nulla etas vidit flagrantem impunè Cometam,
Non leue venturum nunciat ille malum.*

IOH. STIG.

*Iam toties nigra tectum ferrugine Solem
Vidimus offensi signa dedisse Dei.
Vidimus & rutilo flammantes crine Cometæ
Arguere è cælo funera, bella, famem.*

ΣΩΦΡΩ.